



**Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

II. De Foro competenti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](#)

Clem. *Iudicium quibus constat personis?*  
*sape de v;* JUDICIS, ACTORIS VEL ACCUSATORIS,  
 S. REI; VOCABULO ACCUSATORIS ~~καταχρησι~~  
*& 10. inf.* ACCEPTO PRO ACTORE; NAM & ACCU-  
*de v.s.l.* INTENTIONEM SUAM PROPONENDO AG-  
*4. C. de* DICITUR IN JUDICIO: REUS EXCEPTIONE  
*iden.* SUAS OPPONENDO, SE RUERI & DEFENDEN-  
 TUR. JUDEX INTER ACTOREM & REUM VEL  
 DISCEPITATOS & SENTENTIA SUA LITEM DI-  
 MIT. IPSAEQUE DISCEPITATIONES APPELLAN-  
 TUR JUDICIA.

## De foro competenti

## T I T. II.

In hoc consilio forensi oportet primi  
 JUDICIS PERSONAM CONSTITUI. NEQUE  
 ENIM COGITUR REUS CORAM QUOVADIS  
 JUDICE RESPONDERE, SED TANTUM CORAM  
 JUDICE SUO, QUEM VOCANT COMPETENTEM.

Quid dicitur forum competens?

TRIBUNAL ILLUD, ubi REUS sortitus  
 FORUM, id est, sub cuius est JURISDICTIONE;  
 QUIA REGULARITER ACTOR SEQUITUR  
 FORUM REI DEBET.

Q

*Quot modis sortitur forum Reus?*

Quinque modis. videlicet, ratione domicilii, rei sitae, contractus, delicti, privilegii, id est, jus judicis jurisdictionis. Reus subsistit, in cuius territorio vel domicilium habet, vel res, de qua controvexitur, sita est, sive mobilis sive immobilis, vel in quo contraxit, licet alibi domicilium habeat, aut deliquerit, debet. Nique ex privilegio Clericus non nisi coram judge Ecclesiastico conveniri potest.

*Potestne ille qui extra domicilium locum a libi ex aliis causis forum sortitur, in loco domicilii sui conveniri?*

Potest, si ibi agere velit Actor: quia et si quis sit extra territorium sui judicis, non tamen definit esse subditus suo judici.

*Quo loci quis dominium habere dicitur?*

Ubi larem, rerumque ac fortuarum summam constituit vel saltum ubi maiorem honorum suorum partem possidet.

*Potestne renuntiari foro, et prorogari jurisdictio judicis non sui?*

Laicus quidem renuntiare potest, etiam

c. Dilecti

17. &c.

ult. h.t.

d.c. ult.

& l. ult.

C. ubi in

rem actio

d.c. ult,

& c. 14.

cod. c. 13.

& d. c.

14.

Q. 1. Cives

C. de in-

col. lib. 10

L. 2. C. V.

bi Sena-

tores &c.

Q. 2.

116 *De foro compet.*

*e. 18. h. t.* etiam absque consensu judicis sui: quod  
*I. pen. C.* cuilibet licet renuntiare favori suo, &  
*D. pacto.* go & exceptioni declinatoriae foris  
competenti. Clericus vero non potest  
in se prorogare jurisdictionem judicio  
laici, ne quidem cum jure jurando  
quia privilegium hoc est datum Cle-  
cisc in favorem totius ordinis clericali  
ac proinde publicum, cui privatorum  
pactio ne derogari nequit.

*e. 12. in  
fine h. t.*

*I. 7. §. p. a.  
eis car.*

*14. D. de  
part. & l.*

*38. D. de  
transa.*

*De libelli oblatione.*

TIT. III.

Constituto Judice competente, con-  
sequens est videre, quo ordine apud  
cum agi debeat. Ubi primò offertur  
Judici libellus, cuius copiam dari si-  
bi petit Reus.

*Quid est Libellus?*

**L**ibellus nihil est aliud, quam scrip-  
tura continens intentionem Acto-  
ris, petitionem scilicet & causam pe-  
tendi; præterea nomen Judicis; coram  
quo petitur, nomen Actoris & nomen  
Rei, prout insinuat hic versiculus:

*Qui*